



## **Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Consideratio quinta.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

rentur. Effer enim sine dubio melius nubere quam vri, & saluari in humili gradu fidelis populi, quam in Cleri sublimitate & deterius vivere, & districtius judicari. Hucusque Bernardus loco ante citato.

*Consideratio quinta.*

**C**ONSIDERA quoque hoc quod P. Martinus Delrio in suis magicis annotat disquisitionibus. Vbi assignat causam, cur DEVS in sua permittit Ecclesia, vt sceleratissimæ personæ, tam sacrilegè in suis maleficijs, & præstigijs, sacris abutantur rebus; in vindictam nimirum, & castigationem peccatorum malorum  
Chri-

Christianorum : Et præcipue  
in punitionem irreuerentiæ &  
impuritatis Sacerdotum & Mi-  
nistrorum sacri Altaris , qui in  
tam sanctis Ministerijs , non  
debita vitæ puritate, nec mo-  
rum viuunt integritate , pro-  
uocantes hoc modo contra  
seipfos , tremendam illam Dei  
minitationem , per Isaiaë Pro-  
phetæ os enunciata : *Incen-  
sum abominatio est mihi. Neo-  
menias , & Sabbathum , & fe-  
stiuitates alias non feram. Ka-  
lendas Vestras , & solennitates  
Vestras odit anima mea : fa-  
ta sunt mihi molesta , laboravi  
sustinens Auferam sepem eius  
& erit in direptionem ? diruam  
materiam eius , & erit in con-  
sulcationem, cap. 1. & 5.*

Et quam hoc sit vero con-  
sonum, ex Gregorij de Valen-  
tia clarum est Theologia. A-  
struit namque tempore Gre-  
gorij Papæ VIII. ob modicam  
Ministorum altaris honesta-  
tem in Germania, contra Cæ-  
libatus legem delinquentium  
in tantum paulatim deuenisse  
contemptum ipsa augustissi-  
ma Sacramenta, vt ipsi etiam  
Laici ea alijs ministrare præsu-  
merent. Tom. 4. Disp. 9. q. 5.  
§. 3.

Neque solum permittit  
Deus, tam malè tractari & de-  
spici res sacras, verum etiam  
ipsofmet Sacerdotes, & sacri  
Altaris Ministros ab omnibus  
contemni & vili pendi, vt per  
suum Prophetam Malachiam  
sic

fic inculcat Sacerdotes: Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege; propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.

Quod quam sit verum, palam liquet: Nullæ enim personæ sic in mundo habentur despectui, sicuti Ecclesiasticæ, quemadmodum hoc Romanus satis perspicuè annotat Catechismus, vbi hisce verbis reprehendit multorum Ecclesiasticorum peruersitatem: Quorum turpitude, & improbitas Sacerdotali Ordini magnas tenebras offundit; ita ut jam nihil ferè à fidei populo haberi possit contemptus, & abiectus.

De Ord. Sacram.

Et notandum etiam illud, quod deterius est: euoluen-  
do namque historias, reperies  
maiores Hæresis partem in  
mundo enatam, suamque tra-  
xisse originem, ab Ecclesiasti-  
cis personis: quia à Religione,  
vel de Clericali apostatarunt  
statu, & omnium vitiorum  
se se exposuere prædæ. Quales  
fuerunt Arrius, Nouatianus,  
Paulus Samosatensis, Nesto-  
rius, Eutyches, Pelagius, Lu-  
therus, & alij multi Hæresiar-  
chæ, qui in castigationem suæ  
perfidæ impietatis, & impiæ  
perfidie à DEO maledicti, &  
à sancta Ecclesia Catholica ex-  
communicati sunt & anathe-  
marizati.